



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Prædo marinus grauißimo peccatorum, vinculo tenetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

racioni. Iuxta materiam autem subiectam iudicandum est de mortali: si scilicet contra aliquid necessarium ad salutem trahit & ducit iuxta regulas de negligentia.

*Prædo marinus grauisimo peccatorum,  
vinculo tenetur.*

**P**irata (hoc est prædo marinus) contra humani generis pacem manifestè agit: & est in statu damnato. Quomodo autem sint piratæ excommunicati, habes supra, excommunicatio.

*Homini bus placere studere an sit  
vitiosum.*

**P**lacere hominibus peccatum tunc solùm est, quum propterea à recta ratione disceditur. Mortale autem est tunc tantum, quum propterea dilectionem Dei aut proximi postponimus. Quòd tunc tantum incurrimus, quum propterea diuina aut humana præcepta transgredimur: vt quum ministri principis vt placeant illi non curant offendere proximos: vt placeant iuncto sanguine vel amicitia, negant iustitiam: aut opprimunt alios faciendo vel loquendo, vel tacendo & sic de aliis. Frequensque hoc videtur vitium paruipendentium illud Apostoli: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

*Pollutio dupliciter consideratur, scilicet vt  
voluntaria, & est peccatum; in inuoluntaria, & vt non est peccatum.*

**P**ollutio (qua semen humanum solitariè funditur) si non est voluntaria, siue in somno siue in vigilia, sit peccatum non est. Si autem est voluntaria, peccatum mortale est, & est vnū de peccatis contra naturam.